

Amus. Mingendi vero differentias quoque statuimus; quum dicimus quasdam emitti facile, alias difficile, alias voluntarie; inuoluntarie, alias cum dolore aut absque dolore excerni: nam et si proprie ad ipsam vrinam non pertinent hae differentiae: tamen conferunt ad sedes affectas & causas effectuum dignoscendas. Sed haec sufficiant de differentijs vrinarum.

De causis Vrinarum. Cap. IIII.



CAUSAS vrinæ quæ in ea appareant sigillatim explicare oportet, quoniam diuersæ sunt causæ. Quod si vrinæ ipsius causas videamur satis explicasse, quum illius generationem & naturam explicaremus; verum quia docendi ratio exoptulat, vt de causis vrinæ primo agamus, in qua aliarum omnium rerum quas in vrina esse diximus natura posita est, ideo non pigebit easdem breuiter repetere. Vrinæ igitur materia est quicquid in aquosum humorem verti potest, & potissimum quidem potus: sed is non solus, quia ex iusculis aquosis & ex fructibus similibus vrina plurima etiam gignitur, necnon ex vniuersa massa fusca, attenuata & liquata exprimitur eliciturque aquosus humor & vrina. Quo pacto diuretica medicamenta prouocare vrinam dicuntur, quia scilicet materiam ex vniuersis humoribus veluti deprimant, aut saltem aquosum humorem naturæ prouidentia relictum ad illorum ventriculum separent, & ad renes vesicamque conuertant. Causa vero efficiens huius aquosi humoris est concoctrix facultas ipsius ventriculi, qui potionem & alia aquosa, quæ sumuntur, emittat in album colorem qualis est ventriculi color. Locus autem in quo gignitur, ventriculus est: a quo vero separatur aquosus hic humor, est caua vena: locus vero in quo recipitur, vesica est: instrumenta per quæ fit separatio, sunt renes: finis, nostri conseruatio. Separatur enim serosus hic humor ab vniuersa humorum massa, vt probe nutriri possit vniuersum corpus.

De causis consistentiæ Vrina. Cap. V.



CONSISTENTIAE vrinarum causas generatim non tradunt auctores nostri, aut certe ita docent, vt intelligere non liceat quæ sit immediata causa tenuitatis, crassitudinis, mediocritatisque illarum. Dicunt enim tenuem indicare vel priuationem coctionis, aut obstructionem in venis, aut debilitatem hepatis, aut meatuum qui ad vrinam sunt destinati, & ob debilitatem non attrahunt nisi quod tenue est; aut si attrahunt, non tamen eijciunt nisi quod tenue est: aut multam aquæ potationem aut vehementem frigiditatem cum siccitate causam esse dicunt: hæc Auicenna. Verum licet adhuc dubitare, quomodo priuatio coctionis aut obstructio aut aliæ prædictæ causæ consistentiam mutant; an. s. per se id faciant, an vero per accidens alioque interueniente. Ego vero arbitror vrinam semper suapte natura tenues esse, fieri autem crassas aliorum humorum permixtione: nam aquosus humor, sicut & aqua, per coctionem solam inspissari non potest, quoniam terrenam substantiam non habet, aut certè exiguam. Nam a frigido nihil in corpore nostro, aut certè non vrina concretere & crassescere potest. Igitur quod crudo ad huc morbo aut cibo tenues mingantur, cruditas per se non est causa, sed quoniam expurgationes separationesque humorum & excrementorum non fiunt nisi peractis coctionibus; ideo fit, vt cruditas dicatur esse causa tenuitatis; concoctio vero crassitudinis. Eodem pacto obstructiones meatuum vrinariorum tenuitatis sunt causa, quod prohibeant ferri cum vrina, quod crassitudinis illarum causa est. Debilitatio vero hepatis causa est tenuitatis, quia concoqui non possunt humores, præsertim si a frigidityte labefactetur, concoctio. Eadem ratione cibi potusque immoderata copia tenues reddit vrinam, quod scilicet naturam grauet, & coctionem perferri impediat, quomodo frigidus affectus ventriculi ex vrina etiam prædicimus, quoniam frigiditas est in ventriculo, concoctio quæ illic elaboratur, nequaquam perfici potest. Ea vero frustrata nequit probe fieri, quæ in hepate exercetur. Ergo constat crassas fieri vrinam ex humorum permixtione, tenues vero emitti, quoniam nihil cum aquo-
D crassescere nequit, quoniam terrenam substantiam non habet, aut certè exiguam. Nam a frigido nihil in corpore nostro, aut certè non vrina concretere & crassescere potest. Igitur quod crudo ad huc morbo aut cibo tenues mingantur, cruditas per se non est causa, sed quoniam expurgationes separationesque humorum & excrementorum non fiunt nisi peractis coctionibus; ideo fit, vt cruditas dicatur esse causa tenuitatis; concoctio vero crassitudinis. Eodem pacto obstructiones meatuum vrinariorum tenuitatis sunt causa, quod prohibeant ferri cum vrina, quod crassitudinis illarum causa est. Debilitatio vero hepatis causa est tenuitatis, quia concoqui non possunt humores, præsertim si a frigidityte labefactetur, concoctio. Eadem ratione cibi potusque immoderata copia tenues reddit vrinam, quod scilicet naturam grauet, & coctionem perferri impediat, quomodo frigidus affectus ventriculi ex vrina etiam prædicimus, quoniam frigiditas est in ventriculo, concoctio quæ illic elaboratur, nequaquam perfici potest. Ea vero frustrata nequit probe fieri, quæ in hepate exercetur. Ergo constat crassas fieri vrinam ex humorum permixtione, tenues vero emitti, quoniam nihil cum aquo-
E so illo excremento crassioris humoris permiscetur. Quis vero humor misceri possit, qui crassitudinis vrinæ faciat, uidendum est. Potest quilibet ex quatuor humoribus ex quibus corpus constat, sanguis, bilis vtraque & pituita, nec non aliquando pus, in iis videlicet, in quibus vlcus est in aliquibus partibus ad vrinam reddendam destinatis, ac ex colore & odore quisnam sit facile dignoscitur. Nam quatuor humores proprijs coloribus distinguuntur: Pus vero a pituita odore separatur, consistentia, & alijs: de quibus vt hic agamus non est nostri instituti. Non mirum igitur si morbi initio tenues mingantur vrinæ: nam tunc cruda omnia sunt, nec aliquid a natura expellitur. Aut si crassæ, tunc apparent vel indicant magnam subesse humorum copiam, quam natura nec retinere nec elaborare potest: aut humorem declarant, qui facile aliqua ex parte vinci & secerni potest, quomodo in tertianis crassæ rubræque vrinæ primis diebus apparent, ex bile crassitudinem adeptæ, & in pituitosis morbis, vbi magna est pituitæ copia, crassissimæ pituitosæque redduntur vrinæ. Vbi vero hæc duo absunt, primo
tenues

tenues